



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

*Amersfordiense* Coenobium ære suo liberaliter extruxit munificentissimèque fundavit: aliàque per Dioecesim suam Virginibus asceteria si non condidit, at certè sacrauit; ouiculas sibi commissas identidem monens, vt pro peccatorum freno, metum Gehennæ cordi suo continuo inscriberent, & ad divini iudicij perpendiculum omnia librarent: quâ & ipse unâ gradiens, ac de virtute in virtutem ambulans *sancti* nomen decusque obtinuit, & multis ad sepulchrum ( quod in Ecclesia Amersfordiensi sibi vivus statuerat ) miraculis inclaruit. Quæ hæresi isthic grassante deleta quia me latent, de ijs hîc vel invitus tacere cogor, Divinæ providentiæ consilijs demissè ac patienter omnia committens. *Ex Chron. Ultraiect. & Buccellino.*

X,

**E**SSENDIA *Provincia* istius *Caput* Festo cultus prosequitur SS. COSMAM & DAMIANVM *Martyres, quorum gladius istic sanguine rubens inter rara Lipsana monstratur. Ex Ann. Perarij & sacro istius Ecclesiæ indice.*

XI.

**H**EINSBERGA *Julia* non ignobile monumentum, magnum CHRISTI *Athletam* GAN-  
GULPHUM.



GULPHUM celebrem habet ex VARENNIS Maiorum pietate istuc translatum ægris, inquilinis frequens sanitatis asylon. *Ex Chart. Canoniorum.*

## XII.

DUSSELDORPII in *principe Æde adventus* S. PANCRATII Martyris, qui nobili in Phrygia genere natus, ac Roma à Pontifice baptizatus, cū dijs sacrificare constanter renuisset, decem & quatuor annorum adolescens, virili fortitudine, Diocletiani & Maximiniani Imperatorum gladio cecidit, plus ex vulnere glorie quàm sanguinis profundens. *Ex Hist. Eccles. & vita Divi.*

## XII.

IN eodem tractu Montano sub idem tempus, I vnerabilis IOANNIS de Hericheim Cistertiensis in Veteri Monte Conversi, quem admirabilis demissio, labor assiduus, continua taciturnitas, studiūq; precationis, aliæque virtutes ita Deo comendabant, ut primus omnium, dignus habitus sit, cui B. ENGELBERTI vix consummatum Martyrium divinitus revelaretur. *Ex vita S. Engelbertus.*

## XV.

SONSBECA pervetusta Clivie vrbs, non Principe, sed suburbano eius in templo, patrocinium